

imp. II, | pontif. maximo, | trib. potesta[t.] XIII¹, | cos. IIII, | plateam stratum | M. Valerius Etruscus | leg. Aug. pr. pr.² patro[nus] col. dedic., d. d. p. p.

Thamugade (Bull. archéol. du comité des travaux hist. 1898 p. CLVIII). — 1) A. 151. — 2) Idem legatus in aliis quoque titulis Numidiae, cf. C. I. L. VIII ind. et Prosop. imp. Rom.

Ad plateas municipiorum Africanorum pertinent tituli supra N. 2943, infra N. 5368, praeterea VIII 51. 504. 4878. 10935.

5352 C. Asinius | Tucurianus | procos. | plateam quae strata | non erat stravit.

Sulcis (Isola di S. Antioco) Sardiniae (X 7516 cf. p. 995 Mommsen vidit ectypum).

5353 C. Coesius | Tertius Aug. | plateam stravit | a tervio ad | terrium, ped. | os p̄.

Saepini ut videtur vel Boviani in Samnio (IX 2476 semel descripta saec. XVI).

5354 C. Atilius C. f. Bradua¹ | pecunia sua fecit, | idem | forum lapide quadrat. | stravit.

Libarnae, iam Genuae (V 7427 vidit Mommsen). — 1) Atilios Braduas novimus complures inde a M. Atilio Metilio Bradua consule ord. a. 108, sed diversis praenominibus omnes.

5355 Mercurio | Aug. sacrum | M. Aurelius Q. fil. | Pap. Aemilianus q., | aedil., Hviru., statuam, | quam ob honorem Hviratus ex HS V mil. n. | pollicitus est, posuit, | in latis rei p. legitimis | honorum suorum | summis et at fori stra[t]ura cub. X¹, idemq. dedicavit.

Dianae (Ain Zana) Numidiae (VIII 4579 vidit Wilmanns). — 1) Cubitorum decem (Fröhner).

5356 C. Valerius C. f. Gal. Valerianus Cisimbrensis, Hvir, | pontif. perp., forum, aedes quinque, signa deor. | quinque, statuas suas sua impensa dedit donavit. | Flavia Valeriana neptis, heres, epulo dato dedicavit.

Zambrae, ubi fuit Cisimbrium Baeticae (II 2098 ter quatterve descripta saec. XVI—XVIII).

5357 Fl. Eurycles | Epityncanus v. c., | praef. urb., conditor huius fori, | curavit. (*In latere*) coll.¹ X k. Febr. | Arriano et Papo cos.²

Romae, olim in ecclesia S. Viti ad arcum Gallieni (VI 1662 saepius descripta saec. XV, XVI). Basis eisdem verbis in fronte inscripta nuper prodit eodem fere loco (VI p. 854 = 51888). — 1) Collocata. — 2) A. 243. Titulus frontis multo recentior est. Apparet praefectos urbi aetatis labentis passim usos esse ad suos titulos inscribendos monumentis antiquioribus.

Ad fora urbis Romae pertinent etiam tituli supra editi N. 776. 807.

5358 ex indulgentia dominorum divinorum | principum Augg. q. nostrorum Valentij[niani] et Valentis toto orbe victorum, | forum transito-